

también potestad cumulativa el prelado regular para corregir y castigar á sus súbditos, se pregunta: siendo cumulativa la potestad en el Obispo y en el prelado regular, ¿cómo se han de conducir los dos para que vayan concordes en el ejercicio de ella?

R. He aquí la regla fija que se encuentra in *Thesouro Resolut.* (in *Vulturariensi*, 19 Novembris 1729, tom. 4, pag. 368 et 369, edit. Urbini, 1740):

«Quod hoc jus visitandi in concernentibus curam animarum spectet cumulative ad Episcopos jure delegato, et ad priores jure ordinario, late discusso articulo firmavit Rota, in *Toletana jurisdictionis*, 10 Januarii 1679, impressa apud cardinalem de Luca, *De jurisdictione*, discursu 4, num. 5. Qui etiam subdit, quod hæc cumulativa non est intelligenda de alternativa cum jure præventionis, sed de simultanea et compatibili; quod, nempe, possit uterque, sive prius, sive postea, sua jurisdictione uti; ut male se gerens in exercitio curæ, subjacere possit duplici punitori.

«Attamen hæc Sacra Congregatio sæpe resolvit quod, si decreta et ordinationes Episcopi discrepent ab illis superioris regularis, prævalere et observari debent decreta Episcopi. Et præc pue resolutum fuit in *Hispalensi visitationis*, 18 Augusti 1696, ad sextum dubium; et in aliis relatis apud Barbosam... et Monacellum...; ita ut, si Episcopus prævenit in visitatione, et aliqua decreta servari mandavit, non potest ordinarius (per *ordinarium* ibi intelligas superiorem regularem) visitor illa infringere, corrigere, seu mutare, vel contrarium discernere; ut eadem Congregatio resolvit in *Miletensi*, 17 Novembris 1703... Quoties vero ordinarius prævenit in cognoscendo, inquirendo, et corrigendo delinquentem, nec etiam valeret Episcopus causam reassumere, ac ordinario inhibere, nisi ex justis causis recensitis in decretis ge-

neralibus editis per Sacram Congregationem super statu Regularium..., et transcriptis apud Fagnanum, in cap. 4, num. 42, *De offic. ordinar.*»

**3875.** Cuando un regular exento de la jurisdicción del Obispo comete algún crimen fuera del convento, que cause escándalo en el pueblo, se debe distinguir: si el religioso estuviese de paso fuera del convento, como para predicar, etc., ó estuviese en un lugar dependiente del convento, como administrando una hacienda del mismo, en este caso el Obispo, si cogía *infraganti* al religioso, bien podría detenerle, y aún ponerle en la cárcel, si fuese necesario, para asegurarle, pero entregándole dentro de veinticinco horas á la disposición de sus preladados regulares, como dice San Ligorio en el *Homo apostolicus*, tract. XX, número 83; pero en el caso de que los religiosos estuviesen por mucho tiempo fuera del convento, aún cuando sea con licencia de sus preladados, «sed in loco adeo remoto ab eorum superiore, ut puniri non possint nisi post longissimum tempus,» ó estuviesen fuera del convento sin licencia de sus superiores, si, avisados por el Obispo, no quisiesen volver á su convento, el Obispo bien podría castigarlos, como dice San Ligorio, en el lugar citado, números 74 y 82.

**3876.** No solamente están exentos de la jurisdicción del Obispo los religiosos profesos que gozan de este privilegio, sino también los novicios, los cuales pueden elegir sepultura fuera del monasterio; pero si no lo hiciesen, deben enterrarse en sus monasterios, sin que el párroco tenga intervención alguna, como dice San Ligorio, en el lugar citado, núm. 91 del trat. XX.

**3877.** Debe tenerse también presente lo que añade San Ligorio en el mismo número:

«Idem intelligitur quoad commensales et familiares qui actu serviunt et resident in monasterio sub obe-

dientia superioris. Et hi valent recipere omnia Sacramenta a religiosis, Baptismo excepto et Matrimonio;» así es que estos familiares y comensales, mientras lo sean, no incurren en los reservados sinodales ni, si cometen algún crimen, incurren en las penas que el Obispo haya impuesto contra él, exceptuado el crimen que á continuación se dirá. He aquí las palabras de San Ligorio (tract. XX, núm. 74 del *Homo apostolicus*):

«Notandum quinto, quod sæculares in monasteriis existentes, si ibi patrent aliquod delictum, non incurunt pœnas ab Episcopo impositas. Excipiatur, si contravenirent ordinibus Episcopi circa Missarum celebrationem, sicuti dicitur in fine sequentis numeri.»

Y en el número siguiente dice así:

«Quare, sicut bene advertit Benedictus XIV, Episcopi quoad celebrandas Missas possunt adigere omnes, quamvis regulares, ad observandum non solum ea quæ statuuntur a Concilio, sed etiam quæ statuuntur a se ipsis. Quare recte Eminentissimus Cardinalis Spinelli, cum esset Archiepiscopus Neapolis, die 5 Januarii 1743 præcepit sub pœna suspensionis a divinis, etiam regularibus, ne admitterent ad celebrandum in suis ecclesiis aliquem sacerdotem advenam sine licentia Ordinarii.»

**3878.** Se pregunta: «Utrum Episcopi exigere queant a regularibus rationem hæreditatis relictæ cum onere Missarum, aut legatorum satisfaciendorum sæcularibus? Videntur posse, ex eo quod eruitur ex Tridentino, sess. 22, cap. 8, ubi præbetur Episcopis potestas visitandi omnia legata pia, non obstante quocumque privilegio in contrarium. Et dicunt Salmanticensis quod ex hoc recte sententia ista redderetur probabilis. Sed ipsi deinde id negant ob multa privilegia regularibus concessa, præsertim per Pium V, in quibus declarantur exempta religiosorum bona a quacumque

Episcopi jurisdictione, non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis et Conciliis.» (San Ligorio, núm. 81 del lugar citado.)

**3879.** En cuanto al privilegio que tienen los religiosos para dar la comunión á los fieles en sus iglesias, aunque en parte ya se habló de esto en otro lugar, pongo las palabras de San Ligorio, en el tratado XX citado, núm. 123:

«Quoad vero ministrandam Eucharistiam, Paulus III alique Pontifices concesserunt regularibus facultatem ministrandi in suis ecclesiis omnibus fidelibus. Excipitur tamen 1.º, si Episcopus rationabiliter prohiberet alicui ne Eucharistiam sumeret. Excipitur 2.º, communio in mortis articulo aut periculo, dummodo non adsit extrema aut gravis necessitas, et parochus nequeat aut nolit ministrare: Lugo, Roncaglia, etc. Excipitur 3.º, communio paschalis, id est, illa qua præcepto satisfit, ut communiter ajunt Filiuc., Sa, Busemb., etc.»

**3880.** En cuanto á la potestad que tienen los preladados regulares para dispensar votos á los profesos y novicios, dice San Ligorio en el tratado V, núm. 42:

«Prælati regulares, tam quoad professos quam quoad novitios, licet votum emissum esset in sæculo (uti dicunt Lesius, Sanch., et Busemb.); saltem possunt suspendere illa, quatenus præjudicant novo vitæ statui.»

Después añade San Ligorio, hablando de los confesores regulares:

«Confessarii mendicantes, qui ex licentia suorum superiorum possunt dispensare vota cum sæcularibus etiam extra confessionem, juxta communem (1): Lesius, Navarrus, Palaus,

(1) Aunque San Ligorio en este lugar concede á los regulares la facultad de dispensar votos no reservados al Papa, aún fuera de confesión, y yo no la impugno aquí por no alargarme, me remito en un

Salmant., etc. Possunt etiam ipsi votum ad strictiorem religionem transcendi dispensare.»

Como esta facultad de dispensar votos es ordinaria en los prelados regulares, pueden delegarla, dice San Ligorio en el núm. 43, «cuilibet clerico (subdito regulari) qui saltem sit prima tonsura initiatus;» y es regla general «quod qui possunt dispensare cum aliis, possunt etiam eo modo cum se ipsis: S. Thom., Suarez, etc.»

**3881.** En el mismo número pregunta San Ligorio:

«Queritur autem hic, an qui delegatam facultatem habet dispensandi in votis, possit dispensare in juramentis? Prima sententia negat, quia vinculum voti differt a vinculo juramenti; et ideo ex stylo Curie facultas quoad juramenta specialiter conceditur: ita Lesius, et Salmant. cum Azorio, Sanchez, Bonacina, et Ledesma. Secunda vero sententia affirmat, quia juramenta, licet sint vincula diversa a votis, in ordine tamen ad dispensationem, ut vota reputantur, argum. L. *Tantum*, ff. de servo corrupto, ubi: «Dispositum in uno æquiparatorum censetur dispositum in altero.» Illa autem specialis concessio ex stylo Curie fit ad majorem cautelam: ita Cajet., Suar., Pontius, Castropal., Prado, Aragon: Trullench., etc., apud Salmant, cap. 3, num. 4. Quamvis autem hæc secunda sententia sit satis probabilis, tamen omnino prima est tenenda, quæ est æque probabilis; namque cum obligatio juramenti jam contracta sit certa, et possideat, auferri non valet per dispensationem tantum probabiliter validam.»

**3882.** Fagnano, en el tomo 3, in

todo á lo que dije en el núm. 649, donde latamente pruebo que en la práctica no tengo por segura la facultad de dispensar votos que aquí se concede á los regulares mendicantes (véase dicho número). \* Téngase presente la nota que se pone en el mismo número. \*

5.º lib. *Decretalium, de privileg.*, cap. *Tuarum*, en el cap. 11, promueve la siguiente cuestión (núm. 10):

«*Quæro*, posita constitutione Innocentii IV in Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit *Volentes*, atque a Tridentino Concilio innovata in cap. 14, sess. 7.

«An regulares ratione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei existentis extra locum exemptum, subjiciantur ordinariorum jurisdictioni, et an ligentur excommunicatione Episcopi edicto proposita?

«Exemptio hæc a nonnullis Episcopis fuit aliquando regularibus controversa, ut nuper contigit in regno Poloniae,» etc.; y después de exponer las razones en que se apoyaban los Obispos contrarios á los privilegios de los regulares, en el núm. 13 dice Fagnano:

«Sed his non obstantibus, dicendum est nec decretalem Innocentii IV, nec Tridentini Concilii decretum ad regularium exemptionem pertinere. Quod ut evidentius appareat, observandum est exemptorum olim duas species extitisse. Quidam enim indefinite, seu etiam generaliter erant exempti, puta, quia in privilegiis Papa, qui solus dat exemptiones, dicebat: *Tales eximimus a jurisdictione et potestate, seu etiam omnimoda potestate Ordinariorum*; et quoad hanc speciem exemptionis res erat admodum controversa an includeret casus delicti commissi, seu contractus initi, aut rei existentis extra locum exemptum. Exempti enim contendebant suum privilegium, tamquam generale, indefinitum, et absque restrictione, aut distinctione, generaliter esse intelligendum; cap. *Si Romanorum*, dist. 19; cap. *Ut ostendere, de consecrat.*, dist. 4; cap. *Dilectissimis*, 12, q. 1; et cap. *Quoniam*, in fin.; ubi gloss., in verb. *Generaliter, de conjug. lepros.*; ita ut haberet locum ubicumque committeretur delictum; cap. *Fra-ter noster*, 16, q. 6; et cap. *Sicut nobis*,

*de supplen. neglig. Prælat.*; et ubicumque iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, ad exemplum proconsulis majoris, qui indistincte non intromittit se de causis fiscalibus; leg. *Nec quicquam*, § 1, ff. de offic. procons.

«E contra vero Episcopi opponebant, immo ex causa privilegium esse restringendum, ut non haberet locum exemptum; cap. *Postulasti*, et cap. fin., *De foro competent.*; nam ratione delicti perditur privilegium; cap. *Privilegium*, 11, q. 3; cum reatus omnem honorem excludat; leg. 1.ª Cod., *Ubi sen. vel claus.* Et qua in provincia quis deliquerit, illic juri subjaceat, omni privilegio cessante; Authent. *Qua in provincia*, Cod., ubi *de crim. agi oport.* Nec enim prætextu privilegii flagitiorum crescit auctoritas; leg. 2.ª, Cod., *de privil. scholar.*, lib. 12. Item opponebant Episcopi quod privilegium non haberet locum ratione contractus celebrati similiter in loco non exempto; cap. *Romana*, § *Contrahentes*, et § seq., *De for. comp.*, lib. 6. Item nec ratione rei litigiosæ alias non exemptæ; cap. *Cum et plantare*, supra eod., prout hæc notantur hic in gloss., in verbo *Privilegii beneficium*, et in cap. *Placuit*, 6, q. 3.

«Ad hanc vero controversiam dirimendam emanavit dict. cap. *Volentes, de priv.*, lib. 7, quo declaratum fuit exemptionem, utcumque generalem, in tribus casibus prædictis non suffragari, ut expresse ibi notant Archid., Joann., Monach., et Joann. Andr., in princ., et Anchar., hic, num. 8. Quidam vero exempti erant non simpliciter et indefinite, seu generaliter, sed cum specifica expressione delicti commissi, seu contractus initi, aut rei litigiosæ existentis etiam in loco non exempto. Et quoad hanc secundam exemptorum speciem, decretalis Innocentii IV nihil novi statuit, quia edita fuit solum ad declarationem controversiæ quæ prius erat super interpretatione exemptionis primæ

speciei indefinitæ, seu generalis, ut patet ex illis verbis: *Declaratione irrefragabili diffinimus*; quæ indicant Pontificem noluisse novum jus inducere, sed tantum quod prius latebat manifestare; hæc enim est natura declarationis, ut est casus in leg. *Hæredes Palam*, § *Quod vero*, et § *Si notam*, ubi id notant Bart., Paul., de Castrop. et doctores ff. *de testam.*; Ancharan., cons. 65, num. 3; Fulgos., consil. 147, in fin., vers. *Ad secundum*; Bellarm., decis. 756, col. 2, vers. *Ideo talis dicitur propria declaratio*; at circa exemptos hujus secundæ speciei nulla suberat controversia; non enim de his dubitari poterat quin essent exempti ratione delicti, contractus, ac rei, quia hi tres casus erant nominatim expressi in eorum privilegio, cujus tenor, cum esset clarus, omnino erat observandus; cap. *Cum et plantare*, et cap. *Porro*, supra eod.; et infra, cap. *Petistis*, cum concord. Ubi enim verba sunt clara, non est interpretationi locus; leg. *Illi, aut ille*, § *Cum in verbis*, ff. de leg. 3; leg. *Continuus*, § 1, de verb. obligat.; gloss., in cap. *Cum dilectus*, in verb. *A suspensis, de consuet.* Seraphin., decis. 762, num. 1; ergo dict. capit. *Volentes* hanc speciem exemptionis non comprehendit. Lex enim seu constitutio declarans non egreditur terminos privilegii declarati; Bart., in leg. *Nihil*, ff. de conjug. cum emancip. liber. Alioquin, si sustulisset exemptiones etiam in tribus casibus prædictis, utique non declarasset privilegia exemptionum, sed illa potius abrogasset, aut restrinxisset, ac novum jus induxisset. Hoc autem repugnat constitutioni juris veteris declaratoriæ, ut in terminis dict. capit. *Volentes* tradit ibi Philipp. prob. in addit. ad Joann. monach., et ante eum Gemin., dict. cons. 72, col. 1, vers. *Contrarium*.

«Et confirmatur, quia Innocentius IV initio illius decretalis protestatur se velle, ut libertas, quam non-

nullis Apostolica Sedes privilegio exemptionis indulset, sic integra observetur, ut et illam alii non infringant, et ipsi ejus limites non excedant; quibus verbis, unde mens Pontificis et causa finalis elicitur, satis constat, tantum abesse ut voluerit apostolica privilegia infringere, ut potius expresse declaraverit se intendere ut illa omnino salva atque illibata permanerent, ponderando illud verbum *integrum*, quod excludit non modo privilegii abrogationem, sed etiam quamcumque restrictionem, leg. *Si quando*, Cod. *de bon. vac.*, lib. 10; Bald., cons. 88; *Ex infelicitate*, num. 1, lib. 1. Alioquin si dict. cap. *Volentes* daret formam etiam privilegiis, sub hac secunda specie Pontifex non servaret promissa; quia expresse privilegia eis imminueret, seu desereret, ut dicitur in cap. *Dilecti*, sup. eod., auferendo ab iisdem privilegiis casus delicti commissi, contractus initi, ac rei sitæ extra loca exempta, expresse in litteris comprehensos; quod in specie perpendit Gemin., cons. 72, vers. *Inferitur secunda conclus.*

»Ex his autem resultat propositæ dubitationis solutio; quia regulares sunt exempti secundæ speciei, et sic non comprehensi in decretali *Volentes, de priv.*, lib. 6. Sedes enim Apostolica quorumcumque Ordinum religiosos totaliter exemit ab Ordinariorum jurisdictione, etiam ratione delicti commissi, contractus initi, ac rei existentis extra locum exemptum. Et ex Ordinibus mendicantium Fratres Prædicatores Ordinis Sancti Dominici habent super hoc amplissimum privilegium a Sixto IV, ut in constit. *Mare Magnum* appellata, quæ incipit *Regiminis universalis Ecclesiæ*, edita anno 1474, cujus hæc sunt verba: «Et ne prætextu constitutionis Innocentii Papæ IV, prædecessoris nostri, quæ incipit *Volentes*, locorum Diocesani, et alii Ordinarii, aut alii quicumque in personas et loca

»fratrum prædictorum sibi jurisdictionem et superioritatem vindicare præsumant, districtius inhibemus ne quisquam, absque dictæ Sedis speciali commissione et auctoritate, in personas, domos, et loca dicti Ordinis Fratrum Prædicatorum, utpote prorsus exempta, aliquam præminentiam, superioritatem, et jurisdictionem quomodolibet exercere præsumant, etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei de qua ageretur, ubicumque ineatur contractus, committatur delictum, et res ipsa consistat;» ut in *Bullar.*, tom. 1, pag. 340. Idem privilegium exemptionis cum suprascripta clausula de verbo ad verbum habent Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci ab eodem Sixto IV, qui antea fuerat ejusdem Ordinis Generalis Magister, ut in constitutione similiter *Mare Magnum* nuncupata, quæ incipit *Regiminis*, edita eodem anno 1474 prid. Kal. Sept., in *Bullar.*, t. 1, pag. 337. Et eandem clausulam habent in eorum *Mari Magno* fratres Eremitæ Ordinis Sancti Augustini, cujus fit mentio in constitutione Julii II, *Etsi ad benemerendum*, 17 Junii 1508, in *Bullar.*, tom. 1, pag. 433.

3883. »Quoad secundam partem quæstionis initio propositæ, longe minor est difficultas; quia in privilegiis, quorum superius meminimus a num. 18, expresse inhibetur locorum Ordinariis ne, absque speciali commissione Sedis Apostolicæ, in persona regularium aliquam excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiam specialiter vel generaliter quomodolibet promulgare præsumant. Quandoquidem privilegium tantum abest ut sublatum fuerit per dict. cap. *Volentes*, ut potius in eo fuerit expresse præservatum in § *Eos autem*, ut probant verba illa; *Idem Ordinarii jurisdictionem suam quantum ad ista* (scilicet, interdictum, suspensionem, vel excommunicationem), *ubicumque illi fuerint, penitus exercere*

*non possunt*. Unde, ut notant ibi Gemin. et Franc., si Episcopi contra eos proferant sententias, nullæ erunt ex defectu jurisdictionis, et non ligabunt; quod et Navar. sensit cons. 2, num. 2, *De sent. excom.*

»Quod clare etiam constat ex tenore eorumdem privilegiorum, ibi: «Dcernimus quoque ex nunc quaslibet excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententias, et quoscumque processus, et omnia quæ contra fratres quomodolibet promulgari seu fieri contigerit, nullius roboris vel momenti esse, et pro infectis prorsus haberi debere, etiam eorum exemptione, utpote notoria, non allegata.» Quæ ultima verba fuerunt apposita, quia alias, nisi citati venissent exemptionem allegaturi, teneret sententia contra eos lata, ut per gloss. fin., Tancred. et Innoc. in cap. *Cum ordinem, de rescript.* Secus cum exemptio notoria est, ut leg. 1.<sup>a</sup>, ff. *de for.*, secundum Innoc. in cap. *Ex parte*, lib. 1, num. 3, v. *Exempti autem, de verb. signif.*; Paulus de Castro, consil. 431, *Videtur dicendum*, num. 2, v. *Interdum nullo modo*, lib. 1. Ergo cum hoc privilegium fuerit præservatum in decretali *Volentes*, consequens est ut fuerit etiam præservatum a Concilio Tridentino eandem decretalem innovante in cap. 14, sess. 7; quia lex innovans jus commune perinde operatur, ac si jus commune esset in ea insertum; Ang. Aret., cons. 26, *Videtur*, num. 18.

»Et ex his patet etiam responsio ad objecta supra in principio; nam cum exemptio religiosorum ratione delicti, contractus, ac rei litigiosæ non adversetur generali Concilio Lugdunensi, non fuit opus illi derogare, quia derogatio non nisi fit ad contraria; cap. 4, *De const.*, lib. 6; cap. *Ex parte*, supra, *De capell. monach.*; Clement. *Dudum*, § *Nos etiam*, ibi; *In quantum sunt præmissis, vel alicui præmissorum contraria, de sepult.*, cum multis similibus. Et innovatio Concilii Tridentini non tribuit Ordinariis locorum aliquod novum jus, sed tantum præservavit quod prius habebant in generaliter exemptos; cap. *Quia intentionis*, infra, eodem, ubi Honorius III: «Cum innovans, inquit, nec jus novum conferat, nec etiam tollat vetus, in eo statu esse volumus in quo tempore impetratæ innovationis dignosceris extitisse (cap. *Ex parte*, lib. primo, eodem tit., ibi): ita tamen, ut per innovationem ipsius eidem ecclesiæ non plus juris accrescat, quam per privilegia prædecessorum nostrorum obtinuit; cum per hoc non novum ei concedere, sed antiquum jus conservare velimus:» gloss. 1, et doctores in cap. *Cum delicta, de confirmat. util. vel inutil.* Et consequenter nec constitutio Pii IV, *In Principis Apostolorum*, huic casui applicatur, quia non sustulit privilegia et exemptiones regularium, nisi quatenus contrariantur decretis Concilii Tridentini.»